



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Ad egressum domus. Exercit. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](#)

MANVALE.

Oblatio.

OFFeremus Domino, purissimam
illam Redemptoris nostri Iesu
Christi animam, iphis Angelicis spiriti-
bus splendidiorem, in qua nunquam
locum habuit neque habere potuit ul-
la peccati labes: nec non illam sanctis-
simæ matris eius munditatem, quæ pu-
rior & nitidior omni pura creatura
extitit.

Ad egressum domus,

Exercitum. IV.

Psalm. 24. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Psal. 118. Utinam dirigantur via meæ ad cunctas diuinæ iustificationes tuas.

Ibid. Omnem viam iniquitatis amoue à me.

Ibid. Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Consideratio.

COnsiderab musquomodo egredi-
ens Dei filius è sempiterno habita-
culo suo, id est, è sinu æterni patris, id-
que sine sui ab illo separatione nostræ
utilitatis gratia aenit in mundum & fa-
miliariter conueratus fuit cum ho-
minibus.

EXERCITIO. SPIRIT.

minibus. Quam etiam immaculat a&
sancta fuerit eius conuersatio qui nul-
lo se scelere, vlo vnquam tempore
contaminauit.

Gratiarum actio.

Gratias reddemus Domino, qui cū
plurimi sint claudi, nonnulli pa-
ralytici alij in carceribus ferro & vin-
culis constricti, nobis contulit sanita-
tem & libertatem, quo negotijs, no-
stris intendere, valeamus.

Confusio.

Verecundabimur, quod s̄apē non
modò nullius emolumenti causa
foras egressi fuimus, sed etiam cum
graui animæ nostræ detimento, quā-
do eum in finem exiuimus ut pedes
noſtros in canosis peccatorum ſemitis
inquinaremus.

Petitio.

Rogabimus Dominum, vt nos pre-
ſeruet ne offendamus in vijs huius
vitæ innumeris plenæ periculis: néue
abducamur occasione cuiuscunq; rei,
quam vel viderimus, vel audierimus à
ſemitis mandatorum eius.

Oblatio.

MANVALE.

Oblatio.

OFFeremus Domino singulos pa-
sus quos facturi sumus dirigendo
eos ad solam illius gloriam & specia-
tim offeremus ei negotium illud ad
quod conficiendum pergimus, ut ipse
illud ad supremam suam gloriam re-
ferat.

Quando per plateas incedimus.

Exercitium 5.

Cant 3. Per vicos & plateas quarum quem
diligit anima mea.

Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfe-
ctus.

Psalm. 118 Beati immaculati in via qui ambi-
lant in lege Domini.

Prou. 3. Via eius via pulchra, & omnes semita
eius pacifica.

Consideratio.

Considerabimus. Quomodo Chri-
stus nostrę salutis assertor, per pla-
teas ciuitatis Hierosolymitanę ambu-
lauerit: quando Iudei eum catenis vin-
ctum de iudice ad iudicem ducebant,
Quomodo etiam postea inde egressus
fuerit ponderosam crucis trahem ha-
meris.